

et in bonis dicti monasterii in festo s. Michaelis annis singulis solvendae sub pacto et conditione de reemendo contractui appositae emptae et comparatae noscuntur, de quibus etiam contractibus emptionum speciales sunt litterae confectae ad plenius explicantes, nobis oblatae existunt cum supplicatione debita, quatenus oblationem huiusmodi paterno affectu suscipere, atque altare praedictum pro vicaria et beneficio perpetuo in ecclesia nostra Misnensi instaurare et instituere ac in beneficium ecclesiasticum erigere creare et confirmare, censusque redditus et proventus in bonis supra expressis bonis ecclesiasticis et titulis annumerare et insignire auctoritate nostra ordinaria favorabiliter et gratiose dignemur. Nos igitur supplicationibus nobis — factis — favorabiliter inclinati ipsas tanquam rationabiles decrevimus grata voluntate admittendas. — Vicarius dictae vicariae per decanum ecclesiae ad eandem auctoritabiliter instituendus singulis septimanis quatuor missas, videlicet unam de beata virgine, secundam de patronis, tertiam de corpore Christi, quartam pro defunctis et in singulis earum memoriam agendo fundatoris et sollicitus orare pro eo tenebitur et celebrare. Idem etiam vicarius de censibus praenarratis tenebitur duas sexagenas pro restauo iuxta ecclesiae consuetudinem die per capitulum libro mortuorum inscribenda ministrare et iuxta morem ecclesiae praesentias cum vicariis recipiet, cum quibus etiam ad consueta onera ecclesiae et chori erit obligatus. Reservamus etiam capitulo nostro onus prout eis videbitur pro interessentia dominorum ac aliis necessariis et oportunis dictae vicariae imponendi, collationem vero seu ius patronatus perpetuis temporibus volumus pertinere ad proconsulem et consules ac iuratos opidi nostri Bischoffwerde, qui alternatis vicibus conferant illam, ita quod ad nostram praesentationem prima vice postquam vacaverit per cessum vel decessum, nostro tamen consensu et consilio desuper requisito, altera vero vice post ipsius vacantiam conferant ad praesentationem capituli ecclesiae nostrae Misnensis et sic consequenter perpetuis temporibus in futurum. Nulli ergo hominum etc. Si quis autem etc. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio mensis Julii die decimo quinto nostro sub sigillo praesentibus appenso in testimonium praemissorum.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das Siegel ist abhanden gekommen.

No. 1023. 1453. 16. Sept.

*Gotzsche Kertzsch zu Noszkowitz bekennt sein Dorf Piskowitz an das Capitel abgetreten und dagegen Merschütz übernommen, zur Ausgleichung aber 42 $\frac{1}{2}$  Schock sogen. Judengroschen empfangen zu haben. Vgl. 1019 u. 1020.*

Ich Gotzsche Kertzsch zeu Nußkewitz gesessen bekenne — das ich mit laube, gunst vnde willen myns gnedigen herren von Sachßen, gutem vorrathe meines vatern, brudere vnde anderer myner frunde eyns wechsels mit den ernwirdigenn Titterich von Schonenbergk thumprobiste, Jorgen von Hugewitz techande vnde Lamprechte von Schußßen dem eldesten vnde dem gantezen cappittel der kirchen zeu Meyssen byn eyn wurden, so das ich ðn myn dorff Pißkewitz gnand wechsele vnde